

- — Godeschalcus dux (Beneventanus) contulit 'in monasterio S. Mariae, quod situm est in Isernias, in quo decreverat Annam coniugem suam regularem vitam degere', quasdam res. Haec traduntur in charta convenientiae chron. Vultur. a. 766, Iun.; v. infra. **123**
- — Per Godeschalci ducis (Beneventani) praeceptum res monasterio S. Mariae in Isernias donatae 'ad monasterium S. Vincentii (Vulturense) devolutae sunt'. Refertur in charta laudata. **124**
- — Godeschalci ducis praeceptum, quo servos tres monasterii S. Benedicti Beneventani, rogante Zacharia abbate, liberos constituerat, citatur in iudicato Arichisi ducis a. 762, Aug.; v. infra. **125**
740. Ind. 8 — Spt. 1—9; Liutprandi a. 28 — Iun. 10—29; Hildeprandi a. 5. 6.
- Febr. Luca. Sichimund archipresbyter donat ecclesiae S. Petri partem suam 'de casa hic prope Silice cum omnia adiacentia sua . . omnia usitilia seo scherpa; simol et terra vacua hic prope civitatem' cum omnibus rebus appertinentibus; similiter et omnes res, quas per Auriam coniugem acceperat: ea conditione, ut post mortem ipsius demum in possessionem S. Petri veniant. 'Regn. d. n. Liutprand et Helprand . . a. XXVII. et V. . . per ind. VIII'. (Subscriptiones testium et notarii desunt) Orig. archiep. Luc.: Muratori, Ant. II, 1040; Brunetti I, 498 no. 32; Bertini IV, 1^b, 76 no. 41; emendationes addit Barsocchini V, 2, 18 no. 27; Troya 527. **126**
- Febr. 20. In Sabiano. Agelmus et Dusso fratres pro se et pro fratre Petro conventionem faciunt cum Staveli consobrino suo de rebus de quibus cum Borgolino consobrino litem agunt, ita ut Stavelis causam suscipiat. 'Regn. d. n. L. et H. . . a. XXVIII. et V. . . . ind. VIII'. Ex or. arch. cathedr. Bergom. ed. Lupi I, 397; Troya 528; Hist. patr. mon. XIII, 9. **127**
- Mart. In Siponto in palatio. Godeschalg dux (Beneventanus) donat Aufrido, filio Ursi thesaurarii, servum Ursum cum uxore ac liberis in loco Fenilia habitantem. Reg. S. Soph. Ben. III, 9; Ughelli X, 460; Troya 529. **128**
- Apr. — Baruncio vendit Gundualdo clerico petiam 'de vinea, qui est posita ad Tassielu' et petiolam 'de terra vacua in ipso loco' pretio sol. 2. 'Regn. d. n. L. et H. a. XXVIII. et V. . . per ind. VIII'. Ex or. arch. archiep. Luc. ed. Barsocchini V, 2, 18 no. 28; Troya 530. **129**
- 739, Spt. 1—740, Jun. Luca. Ermelinda monacha vendit Gumperto terrulam in loco Salicetas sitam pretio sol. 13. 'Regn. d. n. L. et H. . . a. XXVIII. et V, per ind. VIII'.